



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac  
Vita Existentes, Firmata**

**Stengel, Georg**

**[S.l.], 1645**

§. 2. Magi, peculiari diuinâ curâ, ad præsepe ducti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

nostris suspicionibus flagellant, & perpendite, quis innocentium, in dubijs casibus, sit adiutor. Hæc, eo cogitante, ait Euangelista, *Eccè Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens: Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est.* Videtis auxilium de cælo? Si homines defunt, Angeli veniunt, & vno sermone utriusque succuritur: Sic extincta est suspicio, & defensa Virgo.

§. II.

*Magi, peculiari divina cura, ad præsepe ducti.*

Magi ex prophetia Balaam dicentis: *Orietur stella ex Iacob*, cognouerant, Christo nascente, stellam orituram, vt Origenes, Epiphanius, & Basilius scribunt; aut certè, siue inspiratione interna, vt vult S. Leo; siue per Angelos bonos, vt existimat D. Augustinus; siue etiam per dæmones, vt vult D. Hieronymus; vel inuitis vocibus, vt aliquando coram Iudæis, confiteri coactos, natum esse regem Iudæorum, eumque noua hac stella significari, didicerant. Nec contenti didicisse, volebant etiam cum muneribus venire ad eum adorandum. Sed nesciebant, *vbi esset, qui natus erat rex Iudæorum.*

Id

Matth. 2.  
20.

Num. 24.  
17. Orig.  
hom. 13.  
in Num.  
Epiph. in  
epitome.  
Basilius  
homil. de  
humana.  
Christi  
gener.  
Leo serm.  
1. de E-  
piph. Hie-  
ron. in 19  
Isa.

Id quoque, postquam Hierosolymis intellexerunt, tamen viæ ignari (inhumano Herode nec ducem eis adiungente) sine filo, sine Ariadna in terris succurrente, iter ceperunt profequi; & ecce stella, quam viderant in oriente, antecedebat eos; vsq; dum veniens staret supra, ubi erat puer. Nec tunc tantum antecedere cepit, sed ab Oriente vsque Hierosolymam. Additur quidem: *Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde*; è quibus verbis nonnulli colligunt, stellam Magis non fuisse totius viæ ducem; atqui si id rectè colligerent; etiam; ne visam quidem illis antea fuisse, quòd ita nunc, quasi antea non vidissent, ea visa latentur. Illud ergo potius colligo, antea quoque stellam illis præuiam extitisse; sed, ad tempus, cum Magi Ierosolymis essent, & ab hominibus consilium peterent, disparuisse; postquam autem cum Herode consultare desierunt, iterum se eis videndam præbuisse. Ex quo perspicuè cognoscitur, ibi auxilia diuina incipere, ubi humana desinunt; & sæpe auxilia diuina ibi desinere, ubi, illis relictis, conuertimur ad humana. Cæterum hic locus, & hæc stella anteambulatrix, quemadmodum illa *columna ignea*; velut quædam cælestis terna

Matth. 2.  
9.

Exod. 13.  
21.

terna Israëlitis præluces, idcirco mihi etiam commemorari videntur, quòd existimare nos velit S. Spiritus, opem de cœlo mitti ijs, qui in terris auxilium omne amiserunt.

§. III.

*Christus Herodi, Petrus carceri, per Angelum, ereptus.*

Quod ipsum etiã ex historia mox adiuncta potest doceri. *Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehẽm, & in omnibus finibus eius, à bimatru & infra, secundum tempus, quod exquiserat à Magis.* Credibile est, iam prope adfuisse carnifices, qui puerum quærebant, alioquin enim, non, intempesta nocte, fuisset Iosepho fugiendum. Itaque nihil sciebat Ioseph, nihil MARIA, de Herodis invidia, nihil de sanguinario consilio, securè dormiebant. Fortasse oppressissent eos armati antè, quàm quiescere desissent. Non erant, qui præcurrerent, & de militum aduentu præmonerent. Non excubabat, ante domum, satelles. Non erat Iosepho hasta, non framea, non umbo, non arcus, non lorica, non galca: totum armamentarium constabat runcina, dolabella, lima, cunco, terebra, scalpro: Matth. 23  
16.

D

His